

DORACVS VATES FRANCORVM.'



D
Oracus apud Francos natus & educatus a teneris annis philosophiae operam dedit, & rerum naturalium magnam cognitionem acquisiuit, anno Christi centesimo quadragesimo. Itaq; sub rege Marcomiro in magna autoritate fuit. Nam cum ex rerum naturalium indicio, & certo astrorum cursu res futuras cognosceret, ac homines ad uirtutes adhortaretur, magna admiratione ipsum uatem dixerunt, ac summis honoribus pro seculi fuerunt. Cum hoc modo Doracus magna existimatione apud Francos innotuisset, tandem obiit, & sua morte se mortalem declarauit. Trit. & Ioan. Funck, in Chron,